

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Hrabani Mauri expositiones in Danielelem - Cod. Aug. perg.  
208**

**Hrabanus <Maurus>**

**[S.l.], [9./10. Jahrh.]**

[urn:nbn:de:bsz:31-57668](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-57668)

10  
...  
3 navi

12  
6

Reichenau CCVIII

M









pbacio pene



Dumirensium

xx in xliii vobis spectat sig 59

99 dñi debet dñi mō eee

Benedic domine domum istam & omnes habi  
tantes in ea

Benedic domine domum istam & omnes habitantes  
in ea

ii v x lxx v lib totid

Iste lib est de aug scc marie

dñi meū d

Quis est fecundum genitrix q. roni

Xps unct xps regnat

Benedic dñe domū istā et hoīes eī habitantes  
Venite exultemus dño iubilemus deo ja  
lutar

nostrō p occupemus fac Ave mar' d' genitrix que peperisti ihu xpu

Domine audiri audiri audiri audiri

pbacio Iste lib est de augia scc marie

guy puer est ille qui dat sua dona

eternē gloriē

xal. sup igni scc. xps unct xps regnat xps unctat xps unctat





5 8 3 2 8 3 3

u. 3 3 a a k i a n y

xi  
xix  
viii

*[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*

D  
lo  
tion  
lic  
re la  
leger  
apof  
feque  
calda  
fufan  
nec be  
nofter  
far &  
apud  
fe &  
breui  
tra u  
Indea  
Integra  
ppria  
fidenf  
Interpo  
tus omi  
pau cor  
forum

Rabani Mauri Commentariorum in Daniele  
Præfatio ad Lhudæicū Regem.

j. 2

**D**ANIELEM PROPHETAM, UT BEATUS HIERONIMUS  
In prologo suo testatur, ecclesie dñi saluatoris iuxta  
lxx inter p̄tes non legunt, utentes magis theodotionis edi-  
tione; qui utique post aduentum xpi incredulus fuit;  
licet quidam eum dicant hebionitam fuisse, qui altero gene-  
re ludæus: ē. quia ipsi hebionitæ tã euangelium tenent, ut  
legem simul carnaliter seruent. aduersus quos paulus  
apostolus in epistola sua ad galatas scripsisse inuenitur. ip-  
seque liber p̄phæe ebraicis quidem litteris. sed sermone  
caldæico conscriptus refertur; qui apud ipsos ebreos nec  
susannæ habet historiam, nec hymnum trium puerorū,  
nec belis draconis que fabulas, quas memoratus interpret  
noster in libro p̄dicti p̄phæe reperit. In toto orbe disper-  
sas. & ob hoc obelo anteposito eas sub diditione uideretur  
apud Imperitos magnam partem uoluminis detruncas-  
se; & quia hæc causa, ut arbitror, fecit quod hic p̄phæa  
breuiorem expositionem haberet, quam ceteri p̄phæe.  
Ita ut p̄ter ualla intermissus sit non paucos conqueri.  
In deauidi, qui uoluerunt sicut in ceteris p̄phæis & in hoc  
integram expositionem habere. Unde & iam ego non de  
ppria scientia, sed de saluatoris nr̄i misericordia con-  
fidentem temptaui iuxta maiorum dicta uel sensum aliqua  
interponere; ubi uel minus lucide explanata uel poeni-  
tus omissa repperi. ut si non aliorum tamen nr̄orum pau-  
perum consulerem, qui nec multos libros habent, nec diuer-  
sorum auctorum codices; sed nec & iam eis propter instan-

lib̄ moij̄ augie maioris.

2.

tiam cotidiani operis plura legere uacat quoniam illud potest  
rite possunt dicere. nos duris manibus & toto sole pusti  
appellamus humum & partem poscimus anni. illud que a por  
tolicum exemplar magis imitari norunt quo ait. quem mihi  
defuerunt & his qui mecum sunt ministrauerunt manus  
istae. Unde & idem apostolus ad thesalonicenses scripsit  
dicens. Rogamus autem uos fratres ut operam deus ut qui  
sitis & ut curam negotium agatis & operemini manibus  
uris sicut precepimus uobis. & ut honeste ambulatis ad eos  
qui foris sunt & nullius aliquid desideratis. illi enim qui  
in librorum lectione atque meditatione sacrum scriptu  
rarum exercitatis sunt. & otium habent legendi atque  
scribendi que uolunt. per campos scripture discurrant.  
flores diuersarum specierum legendo. easque in calatho  
pectoris sui collocent. ubi & sic aromata uirtutum  
recondita seruant. ut multiplex odor hinc & inde  
conquisitus sua uirtutem aspirat & mirificam. ol factusque  
plurimorum uerbo & actu abundanter reficiat. pre  
sens autem opusculum nostrum quod & beati hieronimi atque  
gregory. ambrosij quoque & augustini nec non & cele  
rerum sanctorum patrum tractatibus excerpseram & in unum  
collegeram. In quo & iam ubi eorum dictaminis repperi  
nra inter serueram. ne forte longitudo eius tedium faceret  
lectori. In qua tuor libros distinguere curauit. ita ut  
primus liber ab exordio prophetiae quonarratur captiui  
tas regis ioachim & eorum quicum ipso in babilonem  
translati sunt usque ad illum locum. quonarrat nabucho

dono sor post correptionem adō sibi propter supbiam suā  
 In lacam iterum in regnum restitutus narratur ptingerē;  
 secundus autē Incipiens ab altasar rege ubi conuiuium  
 fecit obamatibus suis quando arculos manus scribentis  
 In pari & uidit & prophēta Interpretante regnū a se aufe  
 rendum & medis atque p̄sis dandum audiuit p̄phēticā  
 uisiones enumerando usque ad explecionē lxx. ebdoma  
 darum puenirē; tertius quippe ab eo loco Inchoans ubi  
 daniel tri. um ebdomadatum diebus leunare & lugere  
 se commemorat. Inultima uisione qua ei angelus quid  
 In nouissimis temporibus populo suo uenturum. ē. reuela  
 uit finem haberē; quartus uero ea que post finem ipsi  
 us p̄phēta iuxta ebreos de susanna historia & belis dra  
 conis que fabulis atque missione secunda p̄phēta In lacū  
 leonum narrantur. mystico sensu & posita seorsum con  
 tinerē. quod & iam opusculum abirex nobilissime hludouice  
 quattuor In conspectu serenitatis tuę nr̄i non sordent  
 labores nec sprēgi acē abiciuntur. postquam consum  
 ma ueram ad legendum & ad probandum dixi. ut  
 ubi nr̄a catholicorum magistrorum sententis concor  
 dare p̄spexeris illy In de gratias referas cuius dono hoc  
 nobis conlatum. ē; si quid autē aliter p̄tē uel eos quos  
 tecum habes pertuissimos Lectores positum repereris  
 ignoscas Imperitię meę atque fragilitatq. preces  
 que pro paruitate meā dño funderelubeas. ut ipse mihi  
 ignoscat quem nihil humane Infirmittatis latē &  
 mentem meam ab omni errore purgans p̄ sp̄m suum

4.

sem lumine ueritatis In lustris. quatinus In lumine ipsius  
ambulans beneplacita illi meditando atque scribendo nec  
non & operando omnitempore uitam eam faciam. sic que  
ad eius misericordiam pueniam ut remissis delictis om  
nibus delectatione sua uisissima In dextera eius pfruar  
us que In finem; dignum enim arbitratus sum ut illius  
pph&e cuius pfectionem nec tribulatio hostilis psecu  
tionis nec potestas terrena & felicitas temporalis muta  
uit sed pbauit. tibi qui In regno constitutus nec aduer  
sitatibus mundanis frangi nec pspertatibus huius seculi  
In supbiam erigi nosti. sed uiam regiam Incedendo ad  
regnum p p&uum & p mium & eternam uitam puenire festi  
nas. actus pbatissimos & reuelationes mysticas In libro  
conscriptas dirigerem ut eorum meditatione sedulo In cum  
bens eius studium In teris quisic Impleuit negotium mun  
danum quod nequaquam aliquod omittet & ad officium  
ptinens diuinum. appelleris que rite simul cum pph&a  
angelico affatu uir desideriorum non utique carnalium  
sed spitalium non terrenorum sed celestium. alioquin uiri  
uocabulum non rite teneres. si mollitiam uoluptatum huius  
seculi sequereris. & non magis desiderium regni celestis;  
age ergo & festina ut In assidua meditatione legis di &  
operibus iusticie atque misericordie tem & ipsum ex  
ercens ad coronam puenias sempiternam. quatinus In  
ueniaris In libro uitae scriptus euigiles que In resurrecti  
one generalis simul cum electis di In uitam & eternam.  
potius quam cum repbis In obprobrium sempiternum.

hoc ergo meam paruitatem deuotis precibus sedulo orare  
cognoscat ut regnum cæli sub diuina gubernatione  
tempore uitæ tuæ feliciter teneas & post exitum pre  
sentis uitæ bonis meritis auctus xpo tribuente In cælesti  
regno percipias cum electis angelis & scis animabus  
beattitudinem ueram & gloriam sempiternam.

REX REGUM DñS TRIBUAT TIBI TEMPORA LAETA.  
ÆTERNAM ET UITAM CONFERAT IPSE POLO

- I. De filiis captiuitatis iudee elegit nabuchodonosor rex ut litteras discerent.
- II. Ubi introducuntur idem pueri ad regem & miratur rex sapientiam eorum.
- III. De somno nabuchodonosor quod latuit eum propter quod iussit diuinos interfici.
- IIII. Ubi daniel cum tribus pueris rogauit dñm ut sibi uisum regis manifestaret & ostenso hoc sibi interpretatione eius regi narrauit quod regnum eius euerteretur.
- V. De statua grandi aurea argentea aerea & ferrea & de lapide exciso de monte qui est xps dñs qui percussit statuam & comminuit ut puluerem.
- VI. De statua aurea quam constituit nabuchodonosor in campo & iussit eam ab omni populo adorari.
- VII. Ubi tres pueri eo quod statuam regis non adorassent missi sunt in fornacem ignis ardentis.
- VIII. Oratio azaric in fornace & laus trium puerorum.
- IIIIII. Ubi nabuchodonosor licet & inuitus confessus est filium dei esse.
- X. Aliud somnium quod interpretatus est daniel regi nabuchodonosor.
- XI. De .vii. temporibus hoc est .vii. annis duodecim mensuum.
- XII. Uox dñi de celo ad regem pronuntians ei quod regnum ab eo esset & auferendum quia in penitentia & plura restitutus est regno suo. In quo uidit articulos manus scribenas in pariete.
- XIII. Ubi balthasar cum uinum biberet & inuasisset deos & laudaret deos.
- XIIII. Ubi daniel legit scripturam regi & interpretationem eius illi edisserans per dicit tolli ab eo regnum & dari medis atque persis.
- XV. Ubi satrapae accusant danielem apud darianum regem.

- lvi** Ubi uidit daniel .iiij. bestias In figura .iiij. regnorum.
- lvii** Ubi isio similitudinis dñi & gloria sedis eius.
- lviii** Ubi isio dñi xp̄i
- lviij** De anti xpo
- lxx** De ariete & hircu
- lxxi** De diebus duomilia ccc.
- lxxii** De interpretatione arietis & hirci.
- lxxiii** Ubi angelus loquitur ad daniem de lxx ebdomadibus breuiatis sup hierusalem & sup populum.
- lxxiiii** De dño xp̄o lum.
- lxxv** Ubi ieiunauit daniel .iiij. ebdomadas dierum & uidit ange
- lxxvi** De regibus p̄sarum atque grecorum p̄dixit angelus danieli.
- lxxvii** De rege qui se extollit & contradñm hoc .ē. anti xp̄o.
- lxxviii** De resurrectione mortuorum iustorum & iniustorum.
- lxxviiii** De duobus presb̄yteris qui concupierunt susannā uiolare
- lxxx** Ubi excitauit d̄s sp̄m sc̄m In danieme & liberauit susannā a morte.
- lxxxi** Ubi daniel euerit bel & templum eius destruxit.
- lxxxii** Ubi daniel occidit draconem & missus .ē. In lacum leonū ibique attulit ei prandium abba cuc propheta.



Deus meus ad te luce uigilo deus

2 ad

2 audate dñm de celis laudate i excelsis

**A** NNO TERTIO REGNI IOACHIM REGIS IUDAE VENIT  
 NABUCHODONO SORREX BABILONI SIERIM ET OBSEDI  
 TAM. IOACHIM FILIUS IOSIE CUIUS QUARTO DECIMO ANNO REGNI  
 prophētare orsus ē. hieremias. sub quo & cum holda mulier  
 prophētauit. ipse ē. quia alio nomine appellatur eliachim.  
 & regnavit sup tribum iuda & hierusalē annis undecim. cui  
 successit in regno filius eius loachim cognomento lechomias. qui tercio  
 mense regni sui die decima. captus a duob; nabuchodono sor duc  
 tus que ē. in babilonē. & in loco eius constitutus ē. sedecias filius  
 iosie patruus eius. cuius anno undecimo hierusalem capta atq;  
 subversa ē. Nemo igitur putet eundem in danielis principio. eē.  
 loachim. qui in zechielis exordio loachim scribitur; iste enim extremā  
 syllabā chim habet ille chin. & ob hanc causam in euangelio secun  
 dū matheum una videtur de. eē. generatio quia secunda. TER  
RES CEDECADES. In ioachim desinit filius iosie. & tertia in apit a io  
 achim filio heliachim. quod ignorans porphirius calumniā  
 struit ecclesie suam ostendens impertinē dū euangelista  
 mathei arguerentur falsitate. Et notandū quod trib; vicib;  
 ut scriptura regum & paralipomenon testantur nabuchodo  
 no sor vastavit terram iuda. hoc ē. primo cum loachim qui &  
 eliachim nominatus ē. filium iosie regis iuda superatū & vinc  
 tū catenis duxit in babilonē cum vasīs domus dñi quae posuit  
 in templo suo. secundo cum loachim cognomento lechoniā filium  
 eius simul cum matre & eunuchis principib; atq; seruis eius  
 transfudit in babilonē. asportatis simul p̄tiosissimis vasīs domi  
 dñi. tertio cum sedechiam coepit oculisq; priuavit. filios eius

lib angie maioris.

Interfecit ac meliores quosque occidit. nec. ē. misertus adu-  
 lescentis & uirginis senis & decrepitq; & incendit domum dñi  
 murosque hierusalem destruxit. & quicquid p̄tiosū fuerat  
 demolitus. ē. Siquis autē euaserat gladiū ductus. ē. In babilo-  
 nē & seruiuit regi & filis eius. Unde hieremias iuxta terna-  
 riū numerū enumerat translationē iudeorū dē terrasua  
 primotria milia & uingintres. Secundo octingentos triginta  
 duo. Tertio septingentos quadraginta quinque summā eorū  
 computans dicit. eē. animas quattuor milia sexcentas. quod  
 licet & historialiter p̄pter peccata populi ita factū fuerit.  
 tamen spiritualiter innuit qđ omnes qui scē trinitatis fidē p̄ro-  
 rem polluunt. ac quattuor euangeliorū doctrinā seruare n̄  
 consentiunt. p̄fectionē que bonorū operū habere dispiciunt.  
 obnoxiusunt seruitutis regis babilonis que eos lumine scientie  
 priuatos in confusionis p̄p̄tate captiuitatē si se ante n̄ correge-  
 rint neq; semet ipsos p̄ penitentia liberauerint abducat redi-  
 gat & que in carcerem inferni ubi a dēternis claustris damnati ge-  
 munt in p̄p̄tuum. ET IRA DIDIT DñS IN MANU SEI IN IOACHIM REGE  
 IUDAE. Qđ autē traditus scribit̄ ioachim monstrat n̄ aduersarioꝝ  
 fortitudinis fuisse uictoria sed dñi uoluntatis. ET PARTĒ UASORUM  
 DOMUS DIETASPORTAUIT EŪ IN TERRĀ SENNAAR IN DOMŪ DĪSUI. ET UASA INTULIT  
 IN DOMŪ THESAUROISUI. Terrasennaar locus ē. babilonis in quo fuit cāpus  
 durā. & turris quā usq; ad celū. hiq; ab oriente mouer̄t pedes suos p̄dificare co-  
 nat̄. Unde & a confusione linguarū locus nomen accepit  
 babilon. que in lingua nr̄a transferitur confusio. simulq; anim  
 aduertendū qđ rex babilonis n̄ potuerit uniuersa uasadi trans-  
 fere. & in idolo qđ sibi finxerat collocare. sed partē uasorum

ij.

M.

templū dī quæ intellegendasunt dogmata ueritatis. si enim cunctos  
philosophorū reuoluas libros. necesse ē. ut in his repperias ali  
quam partē uasorū dī. ut apud platonē fabricatorē mundi  
dīm. ut apud zenonē stoicorū principem Inferos & Inmorta  
les animas & unum bonū honestatē. sed quia lungunt men  
daciū ueritatq & naturæ bonū multas perdunt maculis. ideo  
partē uasorum dī & n̄ omnia uasa Intēgra atque p̄fecta  
coepisse memorantur; Mystice autē captiuitas hęc regis  
loachim p̄ quam deductus ē. In babilonē. significat lapsum atq;  
ruinā pastorū ac rectorū eclesie. qui ueri nabuchodonosor  
hoc ē. diaboly arte delusi. In confusionē abducuntur errorū  
atque uitiorū. & qui p̄ dñi gratiā ac studiū bonū alio sermone  
doctrinæ. & bonis exemplis ad ueram religionē suscitare  
debuerant. ipsi uariis uitis truci datq morte absorti sunt pec  
catorū; hoc enim nomen loachim qui resuscitans t̄ qui ē. con  
surgens Interpretatur significat. cum quo simul p̄tiosissima  
uasa dñi In captiuitatē asportantur. qui a illy qui In genij  
acumine excellēbant. uel morū honestate fulgebant maloz  
p̄positorū deprauatq exemplis. simul cum ipsis In p̄dā cesse  
re diaboly. qđ & sic in hieremias p̄ ph̄ & c. In lamentationib;  
suis deflere uidētur ubi dicit. egressus ē. a filiatione omnis  
decor eius. facti sunt principes eius uelut arietes n̄ Inuenientes  
pascua. & abierunt absque fortitudine ante faciem eos sub  
sequentes. manū suā misit hostis ad om̄a desiderabilia eius.  
quia uidit gentes Ingressas sanctuariū eius; hinc & psal  
mista subitaneā uineæ dñi admirans de uastationē ad ipsū  
dñm dicit. ut quid deposuisti macherimæ eius & uindemiant

eam omnes qui transeunt uiam. & exterminauit eam apud silua  
& singularis ferus depastus. ē. eam;

**J. II.** **E**AIT REX ASPANI PRÆPOSITO EUNUCHORŪ SUTORŪ UT INTRODUCE  
RET DE FILIIS ISRAHEL ET DE SEMINE REGIO ETTYRANNORŪ PUEROS  
H IN QUIBUS NULLA ESSET MACULA. PRO ASPANE IN EDITIONE UULGATA  
· ABIES ORI · scriptum repperi. ET POR PORTHOMIM. quod theodotio po  
suit. lxx. & aquila electo stransulerunt. simmachus parthos  
p uerbo nomen gentis intellegens. qđ nōs iuxta editionē ebreorū  
In tyranos uertimus. maxime quia p̄cedit de regio semine. Unde  
& arbitrantur ebrei danielē & annaniam & misaelem & aza  
riam fuisse eunuchos. Implēta illa p̄phōcia quae ad zechiam  
p̄ esaiam p̄phōciam dicitur. & de semine tuo tollent & facient  
eunuchos In domo regis. si autē de semine fuerunt regio. nullu du  
bium. ē. quin de genere fuerunt dauid. nisi forte huic sensui illud  
contrariū sit qđ sequit̄. pueros siue iuuenes In quib; nulla ē. ma  
cula. ut docerēt eos litteras & linguam caldaicam. philo arbi  
tratur linguam ebreorū ipsam. eē. chaldeam. quia abraham  
de chaldeis fuerit. qđ si recipiamus querendum. ē. quomodo  
nunc ebrei pueri linguam quam nouerunt doceri uideantur.  
nisi forte iuxta quorundam opinionē duas abraham linguas  
& ebreorum & chaldeorū scisse dicamus; ET IN POSUITEIS NOMI  
NA PRÆPOSITIS EUNUCHORŪ DANIELI BALDASAR. ET ANNANIAE.  
SEDRAC. MISAEI MISAC. ET AZARIAE ABDENAGO. Non solū p̄posi  
tus siue magister eunuchorū sc̄is In mutat nomina. sed & pharao  
iosēph In aegypto appellauit. SOMIO JANEC. nolentes In tēpore  
captiuitatis eos uocabula habere iudaica. Unde & p̄phōcia dicit  
In psalmo. quomodo cantabimus canticum dñi In tēpore aliena.

porro dñs In bonam partē nomina mutat antiqua. & ex reb; Im  
 pont uirtutū uocabula ut abram appellare & abraham. & sarai  
 sa ram. In euangelio quoq; simon p & ri nomen accipit. & filij  
 zebedei appellati sunt filij throni. qđ non ut plerique putant  
 bonargēs sed emendatius legitur bo anerchem. PROPOSUIT AUTē  
 DANIEL IN CORDE SUO NE POLLERETUR DE MENSA REGIS NEQUE DE UINO  
 POTUS EIUS. Qui de mensa regis & de uino potus eius n̄ uult come  
 dere ne pollatur. utique si sapientiā atque doctrinā babiloni  
 orū sciret. eē. peccatū n̄um quā ad quiescere discere qđ non  
 licebat; discunt autē n̄ ut sequantur. sed ut iudicent atq; conuin  
 cant. quomodo si quis piā aduersū mathematicos uelit scribere  
 impertus. ZALON MACOC. risui patet & aduersus philosophos  
 disputans. si ignorat dogmata philosophorū discunt ea mente.  
 doctrinā caldaicā. qua & moy ses omnē sapientiā aegyptiorū  
 didicerat. DEDIT D̄S MISERICORDIĀ ET GRATIĀ DANIELI IN CON  
 SPECTU PRINCIPIS EUNUCHORUM. ET RETQ. Qui propter pec  
 cata malorū ductus ē. In captiuitatē. propter uirtutum  
 suarū magnitudinē statim mercedē recepit. posuerat enim  
 daniel In corde suo ne polleretur de mensa regis & epulis  
 regis preposuerat uiles cibos; idcirco gratiā & misericordiā  
 In conspectu principis eunuchorū accepit dño largiente. Ex quo  
 Intellegimus pro necessitate rerū si quando scī diliguntur  
 ab infidelib; dī. eē. misericordie n̄ bonitatis hominū puer  
 forum; In ueri lib & qualiter omnipotens d̄s ad profectum  
 hominū irasue moderamina dispensat. israheliticus  
 quippe populus conditori suo delinquerat. & idcirco regi  
 babilonio In captiuitate seruirebat. cum quo tamen ezechiel

propheta atq; daniel nec n̄ & tres pueri In captiuitatē mittunt̄.  
 quos diuina gratia Ita sibi placabilem fecerat. ut peos uentura  
 queq; p̄diceret. & ad fluctu populū mentē consolari dignaretur;  
 Consideremus ergo si possumus quanta. ē. dispensatio sup̄ ne  
 pietatis. quia sic iratus. ē. populo suo dñs. ut tamen n̄ omnimodo  
 irascetur. Nam si iratus. n̄. ē. In captiuitatē populū minime  
 tradidisset. & si omnimodo iratus. ē. electos suos cum illo In cap  
 tuitatē n̄ mitteret; sed agit hæc diuina misericordia ut ex una  
 eademque re ex qua carnalib; dat flagellū. & ea spiritalibus  
 uirtutū præstet incrementū; cūque illos p̄ tribulationē pur  
 gat. istos ex societate tribulationū ad maiora p̄merenda ex  
 citat; & sic In iustus irascitur. ut tamen eorū corda p̄ iustorū  
 consortiū consolatur. ne si omnimodo deserat. nullus post  
 culpas adueniā redeat; tenendo igitur repellit & repellendo  
 tenet. quando cum his quos diudicat. simul In tribulationē  
 mittit quos amat; quis istatantē pietatis uiscera pensare  
 sufficiat. quod & culpas populi dñs sine uindicta n̄ deserit.  
 & tamen delinquentē populū a se funditus n̄ repellit; sic cū  
 moyses ad re promissionis terrā exploratores. xij. misisset.  
 ex quib; cum decem post modū desperationē populo faceret.  
 isdem populus ira. murmuracionis accensus. seductum se  
 ad dño. eē. conquestus. ē. ut eius cadauera lacerent In deserto;  
 Cui om̄n̄ps d̄s iratus dixit quod nullus eorum terrā repro  
 missionis Intra ret. quo tēpore compuncti. prauē se egis  
 se cognouerunt sese In lacrimis afflexerant. & acuncti  
 armis p̄tinus coeperunt contra hostes ascendere. ut re  
 p̄missionis terram post lacrimas Intra re potuissent;

quibus p moysen dñs dicit. dic eis. nolite ascendere neque pug-  
 netis. non enim sum uobiscum neca datus coram inimicis uris;  
 qua Inre pensandum est. si cum ipsis non erat.  
 cur eos necaderent ascendere p hibeat; si autē cum ipsis  
 erat quid. ē. quod ait. non enim sum uobiscū. sed mira dispensa-  
 tione discipline ac misericordie & cum ipsis erat. & cum ipsis  
 non erat; cum ipsis non erat ut uincerent. sed tamen cū ipsis  
 erat ne ab hostibus perirent; O ineffabilia pi&atis uiscera cul-  
 pas Insequitur. & tamen peccantes protegit. Iratum se Indi-  
 cat. & tamen ab hostibus defendit; sic plerumque paruulo  
 filio delinquenti Irascitur mater rephendit. Increpat uerberat.  
 sed si hunc Inpreceptis Ireconspexerit. ubi Inmortis periculo  
 ruat. manū tendit & retinet. & quae sic Irata uerba uerat.  
 ac si non diligeret. sic diligendo retinet. ac si Irata n̄ uerba  
 rasset; TEMPTA NŌS OB SECRETO SERUOS TVOS DIEBUS. X. ET  
 DENITUR NOBIS LEGUMINA AD UESCENDUM ET AQUA AD BI-  
 BENDUM. ET RETQ; Incredulis fidei magnitudine non solū  
 sibi corpulentā polliceri esu uilioris cibi. sed tempus statuere  
 non est temeritatis sed fidei; ob quam regias dapes con-  
 temperant. PVERIS AUTEM HIS DEDIT DŌS SCIENTIAM ET DIS-  
 CIPLINAM IN OMNI LIBRO ET SAPIENTIAM. DANIELI AUTEM IN-  
 TELLECENTIAM OMNIUM VISIONUM ET SOMNIORUM. Nota  
 quod dñs dederit scis pueris scientiā & disciplinā. secularium  
 literarū Inomni libro & sapientiā. p quo simmachus Inter-  
 ptatus. ē. artē grammaticā ut cuncta quae legebant In-  
 tellegerent. & spū dī de chaldeorum scientia ludicarent;  
 Daniel autē hoc extra tres pueros habebat Insigne qd uisiones.

ē m...  
 of uen...  
 gnar...  
 o sup...  
 omni...  
 lū m...  
 illo In...  
 ut ex...  
 talibus  
 one pur  
 renda...  
 o u...  
 llus post  
 pellendo  
 ulatione  
 ensare  
 deserv...  
 let; sic  
 ay. m...  
 lo facer...  
 u...  
 In deserv...  
 x repro  
 aue se...  
 ac un...  
 e. ut re  
 usset;



& somnia quibus p̄ simbola quaedam futura monstrantur saga-  
 ci mente cernebat. ut q̄d alij uidebant In fastas mate. hic oculis  
 cordis aspiceret. COMPLETIS ITAQUE DIEBUS QUOS DIXERAT REX  
 UT INTRODUCERENTUR. INTRODUXIT EOS P̄POSITUS EUNUCHOR  
 IN CONSP̄CTU NABUCHODONOSOR. ET R̄TQ. Complēt̄ of dies triennij  
 tempus Intellege. q̄d rex constituerat ut enuicq̄ trib; annis post  
 ea starent In conspectu regis. & omne uerbū sapientiae & Intel-  
 lectus q̄d̄ suscitatus ē. ab eis rex. Inuenit In eis decuplum super  
 cunctos ariolos & magos quierant In uniuerso regno eius; pro  
 ariolis & magis uulgata editio sophistarū & philosophos trans-  
 tulit. n̄ iuxta hanc philosophiam & sophistarū cam disci-  
 plinam quam grecorū eruditio pollicetur. sed iuxta doctrinā  
 gentis barbarae quauis que hodie chaldei philosophantur.  
 FUIT AUTEM DANIEL USQUE AD ANNUM PRIMUM CŪ RIREGIS.  
 Dicemus In consequentibus. quomodo cuiusque ad annū primū  
 cū r̄ regis hic fuisse describitur. postea tertio anno eius dem  
 cū r̄ regis. & primo darij fuisse memoratur.

.III.

IN ANNO SECUNDO REGNI NABUCHODONOSOR. VIDIT NABU-  
 CHODONOSOR SOMNIUM. ET R̄TQ. Si post tres annos pueri  
 Ingressi sunt In conspectu regis ut ipse p̄ceperat. quomodo  
 nunc secundo anno regni sui somniū uidisse narratur. q̄d ita  
 solunt ebrei secundū hic annū regni eius dici omniū gentiū  
 barbararū. non ludaeorum tantū & chaldeorū. sed assyriorū  
 quoque & aegyptiorū & moabitarū. & reliquarū nationum  
 quas dño concedente superabat; Unde & iosephus In decimo  
 antiquitatū scripsit libro. post annū secundū aegypti captiui-  
 tatis. rex nabuchodonosor uidit mirabile somniū & conter

ritus. ē. sp̄s eius & somnus eius fugit ab eo. uidit rex somniū futurorū.  
 ut Interpr̄ ante uiro scō qd uiderat d̄s glorificōtur. & capti  
 uorum dō que In captiuitate seruentiū. sic grande solaciū. hoc  
 idem In pharao legimus. non quod pharao & nabucho dono ser  
 uideremeruerint. sed ioseph & daniel digni & stiterunt ut Inter  
 pr̄ibus omnibus pr̄ferrentur. **PRÆCEPIT ERGO REX UT UO  
 CARENTUR ARIOLI ET MACI ET MALEFICI ET CHALDEI.** Quos nos  
 ariolos & em. **ΕΡΧΑΟΙΟΥC.** Interpr̄ta sunt id. ē. Incantatores.  
 ergo uidentur mihi Incantatores. ēē. qui uerbis rem pagunt.  
 magi. quide singulis philosophantur. malefici. qui sanguine utun  
 tur & uictimis & sepe contingunt corpora mortuorum. Porro  
 In chaldeis. **ΣΕΝΕΑΟΣΟΥΕΙ.** significari puto. quos uulgus mache  
 maticos uocat; Consuetudo autē & sermo communis magos pro  
 maleficis accipit. qualiter habentur a pud gentē suā. eo qd sint  
 philosophi chaldeorū. & ad artem huius scientiā. reges quoque  
 & principes eius den gentis omnia faciunt. unde & In natiui  
 tate dñi saluatoris. ipsi primū ostium eius Intellexerunt. & ue  
 nientes In scāmb & hlem adorauerunt puerū stella desuper  
 ostendente. **ET DIXIT AD EOS REX. UIDI SOMNIUM ET MENTE  
 CONFUSUS IGNORO QUID UIDERIM. EITIQ.** Umbra quedam  
 ut hadicam. aura somni atque uestigium remansit In corde  
 regis. ut referentibus aliis possit reminisci eorū quæ uiderat.  
 & nequaquam eū deciperent mentientes; responderunt chaldei  
 regi syriace; huc usque quæ electis sunt sermone narrantur  
 ebreo ab hoc loco usque ad uisionē annitertij regis baldasar.  
 quæ daniel uidit In susif. ebreicis quidem litteris sed lingua  
 scribuntur chaldaica quæ mihi sic syriacam uocat;

NISI INDICAUERITIS MIHI SOMNIUM ET CONIECTURAM EUS  
 PERIBITIS UOS ET DOMUS URÆ PUBLICABUNTUR. ET ATQ.  
 Comminatus. ē. poenam. pponit & premia ut si potuerint  
 somniū dicere consequenter credat & iam his quæ incerta sunt.  
 hoc. ē. quid significet somnium; quod si n̄ potuerint ea dicere  
 de quib; rex implerisq; confusus poterat recordari & iam futurę  
 Interpretationis p̄dant fidem. sequitur. SOMNIUM DICITE MIHI  
 UT SCIAM QUOD INTERPRETATIONEM EUS QUOQUE UERAM LOQUA  
 MINI RESPONDENTES AUTEM CHALDEI CORAM REGE DIXERUNT. SERMO  
 QUEM TU REX QUÆRIS CRAUIS EST NEC REPPERIETUR QUIS QUAM QUI  
 INDICET ILLUM IN CONSPECTU REGIS EXCEPTIS DIIS QUORUM NON EST  
 CUM HOMINIBUS CONuersATIO. Confitentur arioly. confitentur  
 magi. & omnes scientie secularis litteraturę præscientiam  
 futurorū non. eē. hominū sed dī. ex quo probatur p̄ph̄as dī  
 spū locutos qui futura cecinerunt. QUO AUDITO REX IN FU  
 RORE ET IN IRAM MAGNA PRÆCEPIT UT PERIRENT OMNES SAPIENTES  
 BABILONIS. ET ECRESSA SENTENTIA SAPIENTES INTERFICEBANT;  
 QUÆREBATUR QUE DANIEL ET SOCIUS EIVS UT PERIRENT. ET CŒT;  
 Querunt ebrei cur daniel & tres pueri n̄ sunt Ingressi  
 ad regem cū aliis sapientib; & p̄lata sententia. iuebant  
 periri cū cœleris; qđ ita disserunt. ut eo tempore quo  
 rex p̄mia & dona & honorē maximū p̄mittebat Ire  
 noluerint. ne Inprudenter diuitias & dignitatē chal  
 daicā uiderentur appōlere. aut certe ipsi chaldei In  
 uidentes gloriæ eorū & scientiæ soly Ingressi sunt quasi  
 soli p̄mia p̄cepturi. & p̄t ea Inpericulo uoluerint  
 habere consortes. quos Insp̄ gloriæ refutauerunt;

**III.** ET INTERROGAVIT EUM QUIA REGE ACCEPERAT POTESTATE.  
 QUAM OB CAUSAM TAM CRUDELIS SENTENTIA A FACIE REGIS  
 ESSET EMISSA. Sciens chaldei quod decuplum super cunctos  
 ariolos & magos quierant in universa chaldaea. daniel &  
 tres pueri saperent & intellexerent. celauerant interro  
 gatione regis. ne haberent sibi interpretatione somni. & ob  
 hanc causam interrogat daniel de crudelitate sententiae  
 quia causam sui periculi nesciebat; DANIEL INGRESSUS  
 ROGAVIT REGEM UT TEM PUS DARET SIBI AD SOLUTIONE INDI  
 CANDAM REGI. FITI; Tempus postulat non quo tractatione  
 & sagacitate mentis occulta perquireret. sed quo occultoru  
 dnm per careret. & ideo annamiam & misael & azariam.  
 iungit ad preces. ne solus de suo merito uideatur presumere.  
 ut quoru erat commune discrimen communis. est. oratio.

TUNC DANIEL PER VISIONE NOCTEM MYSTERIU REVELATUM. E.  
 Somniu regis suo discit somnio. Immo & somniu & inter  
 ptatione di revelatione cognoscit quod demones ignorabat  
 sapientia seculi non poterat sciri. Unde & apostoly mysteriu  
 quod cum eis retro generationibus ignoratu fuerat dno reve  
 lante cognoscunt. ET DANIEL BENEDIXIT DO CAELI. ET RELIQUA.  
 Ad distinctione eoru qui uersantur in terra & demoniacis artibus  
 atque perstriguntur a diabolis diludunt. daniel do caeli benedic. di  
 eni qui non fecerunt caelum & terra peribunt; IPSE MUTAT TEM  
 PORA ET AETATES. TRANS FERT REGNA ATQUE CONSTITUIT.  
 Non ergo miremur si quando cernimus regibus reges & regnis  
 regna succedere. quae di gubernantur & mutantur arbitrio.  
 Causasque singulorum nouit ille qui conditor. e. omnium.

& sepe malos reges patitur suscitari ut mali malos puniat. &  
 simulq; sub ostendit. & general; disputatione p̄parat audi-  
 torem. & somniū qđ uidit. eē. demutationē & successionem  
 regnorū. dat sapienciā sapientib; & scienciā Intellegen-  
 tibus disciplinā; luxta illud qđ scriptum. ē. Audi & sapiens  
 sapientior erit. qui n̄ habet dabitur ei. & anima que  
 ferus & amore sapientie libenter sp̄dī Infunditur.  
 in uersam autē animā n̄ Intra bit sapientia. IPSE RE-  
 UELAT PROFUNDA ET ABSCONDI TA ET NOUIT IN TENEBRIS CON-  
 STITUTA ET LUX CUM EO EST. Cui dī reuelat p̄funda & potest  
 dicere. o profundum diuitiarum sapientie & sciencie dī.  
 iste habitante in se sp̄s scrutatur & cum p̄fundatī. & In pro-  
 fundo anime sue fodit altissimos puteos. & omne terrā  
 egerit que profundas aquas operire consuevit. seruatq;  
 mandatum dicens. bibe aquas dī uis uasis & puteorū tuorū  
 fontes qđ sequitur. NOUIT IN TENEBRIS CONSTITUTA & LUX  
 CUM EO EST. Tenebre significant ignorantiam. & lux  
 scienciā atque doctrinā. ita que dñm ut p̄uersa n̄ celant.  
 ita recta ambiunt atque circumdant. siue ita Inter pre-  
 tandum. ē. qđ tenebrosa mistica queque & profunda  
 significant illud qđ legimus In prouerbis. Intelleg &  
 quoque parabolam & tenebrosam sermonem. hoc ipsū  
 significat qđ in psalmis legimus. tenebrosa aqua In  
 nubibus aeris. qui enim ad excelsa conscendit & terrena  
 deserens In infra uium tenuissimū aerem. & & heria  
 queque desiderat. iste nubis efficitur ad quam ueritas dī  
 puenit. & que sup̄ scōs plueret consuevit. replētus que

*21.*

scientiae multitudine. habet multas aquas in corde suo tenebro  
 sas. & In uoluta caligine quam solus moyses In greditur & lo  
 quitur deo facie ad faciem. de quo scriptum. e. posuit tenebras  
 latibulum suum. TIBI DOMINUS PATRIUM MEORUM CONFITEOR TE QUE  
 LAUDO. Ne sui uideatur merito quid imperauit refert ad patrum  
 iusticiam & ueritatem domini qui seminis eorum & iam In captiuitate  
 miseratur. ET NUNC OSTENDISTI MIHI QUAEROGAMUS TE. 7  
 Quod quattuor rogant unio stenditur. ut arrogantia fugi  
 at ne solus imperasse uideatur & agat gratias quid misterium  
 somni solus audierit. POST HAEC INGRESSUS EST DANIEL AD  
 ARIOH. QUEM CONSTITU ERAT REX AD INTERFICIENDOS SAPIEN  
 TES BABILONIS. SICEI LOCUTUS EST SAPIENTES BABILONIS NE PER  
 DAS. ET RETQ. Imitatur clementiam domini qui pro persecutoribus  
 deprecatur. & non uult eos perire propter quos ipse fuerat  
 periturus. TUNC ARIOH FESTINUS INTRODUXIT DANIELEM AD  
 REGEM ET DIXIT EI INUENI HOMINEM DE FILIIS TRANS MICRATI  
 ONIS IUDAE QUI SOLUTIONEM REGI AD NUNTIET; Di gratiam  
 ad suam refert diligentiam & Inuenisse se dicit. cum daniel  
 se uero obtulerit ut InTRODUCERETUR ad regem. In quo fraus  
 ostenditur nuntiatorum qui cum bona nuntiant sua uideri  
 uolunt. qui autem solutionem somni repromittat. utique  
 ante narraturus est. somnium. & nota quid de filius iuda sit  
 daniel non sacerdos sicut In fine belis fabula conatur. 7  
 RESPONDIT REX ET DIXIT DANIEL CUIUS NOMEN ERAT BAL  
 TASAR. PUTAS NE VERE INDICARE POTES MIHI SOMNIUM  
 QUOD UIDI ET INTERPRETATIONEM EIUS. 7 Seruat ordinem  
 questionis ut prius somnium quid se magis ignorare respon

derant. & p̄tea Interpretationē querat somny. ut cū som-  
 niū audierit & quae uiderat recognouerit. tunc credat  
 & Interpretationi quae uariā recipit coniecturam. ET RESPON-  
 DENS DANIEL CORAM REGE. MITERINUM QUOD REX INTER-  
 ROGAT SAPIENTES. MACI. ET ARIOLI. ET AURUS PICES NEQUE UN-  
 DICARE RECI. Pro aurospiciū; qđ nos ueramus In breo gaza  
 renos habet. qđ solus simmachus. siste. Interpretatus. ē. & quos  
 greci solent. n̄ta. appellare. qui ex ta Inspiciunt & ex his  
 futura praedictant. misteriu autē uocans ordinē somny.  
 reuelatio ostendit quicquid occultum. ē. & ab hominib;  
 ignoratur posse misteriu nuncupari. Tulit quoque regi  
 paruam suspicionē. ne humana est imō Inueniri posse  
 solera. qđ dī solus notitiae reseruat. SEDEST D̄S IN  
 CAELO REVELANS MISTERIA. Frustra igitur ab hominib;  
 queris In terra. qđ solus nouit dī In caelo. & occulte rēra  
 hanc eum a multorū deorū cultus. ad unius dī notitiam  
 dirigit. QUI INDICAVIT TIBI REX NABUCHODONOSOR QUAE  
 UENTURA SINT IN NOUISSIMIS TEMPORIBUS. Absque ad-  
 olationis uitio ueritatis sociata blanditur ut regi qđ illi  
 ad d̄s sint misteria reuelata quae nouissimis sint uentura tem-  
 poribus. nouissimi autē dies aut ex eo numerati sunt tempo-  
 re quo danieli somniū reuelatū. ē. usque ad consummati-  
 onem mundi. aut certe hoc sentiendū quod uniuersa  
 Interpretatio somny tendat ad finē. In quo Imago statu-  
 quae cerntur continenda. ē. SOMNIUM Tuum ET VISI-  
 ONES CAPITIS Tui IN CUBILITINO HUIUSCE MODI SUNT.  
 Non dixit uisiones oculorū tuorū. nequid putarem?

.ēē. corporeum sed capitis; sapientis enim oculi In capite ipsius  
 In principalij uidelicet cordis. iuxta illud qd̄ in euangelio legim̄.  
 beati mundo <sup>conde</sup> quo ipsi d̄m̄ uidebunt; & quid cogitatis In cordib;  
 ur̄is. alij uero ex huius occasione capituly. S̄ONEXI. n̄ In corde  
 sed iuxta platonē In cerebro suspicantur; TU REX COGITARE  
 CAEPISTI IN STRATU TUO QUID ESSET FUTURUM POST HAEC. ET  
 QUI REVELAI MYSTERIA OSTENDIT TIBI QUAE UENTURAS UN̄.  
 ET RETQ. Sciendum quoque .ē. quia prophētae tempora  
 Inuicem sibi concinnunt ad probationē ut aliquando ex fu  
 turis pr̄terita aliquando uero ex pr̄teritis probentur futu  
 ra; Dixerat enim moȳses. In principio creauit d̄s celū & terrā.  
 sed quis crederet̄ qui a uerū de pr̄terito diceret̄. si de futuro alia  
 aliquid n̄ dixisset; In ipsius & enim libri fine In cuius exordio  
 illa de pr̄terito dixerat aliquid prophētae placob uocē  
 de uenturis p̄miscuit dicens. Non auferetur sceptrū de iuda  
 & dux de femoribus eius donec ueniat qui mittendus .ē. & ipse  
 erit ex pectatio gentiū; qui & iam p̄ semet̄ ipsum eundē qui mit  
 tendus erat et̄ quem docebat populo p̄ph̄ta ait dicens. pro  
 ph̄tam uobis suscitauit d̄ns d̄s ur̄ de fratribus ur̄is tamquam  
 me ipsum audietis; erit autē omnis quicumq; n̄ audierit  
 p̄ph̄tam illum exterminabitur de populo suo; Cur ergo  
 pr̄teritas uentura p̄miscuit. nisi ut dum In plerentur ea  
 quae de futuro praediceret̄. ostenderet̄ & sic̄m quia de pr̄  
 terito uera dixisset; qui itaque docuimus qualiter ex futuro  
 rum prophētae probentur pr̄terita; restat nunc ut ad  
 huc de sacris eloquiis ostendamus quomodo ex prophētae  
 spū ex pr̄teritis probentur futurae; ceteris ex babilonicis



cum somniū uidiſſet & miſit ad magos & ariolos omnes que ſapienter  
 babiloniæ conuocauit. nec ab eis ſolum modo interpretationē ſomni  
 ſed iam ſomniū quaſiuit ut nimirū ex præterito colligeret. ſiquid  
 in eorū reſponſionibus de futuro certū tene-  
 ret; quicum dicere nulla potuiſſent. daniel deductus ad me-  
 dium. ē. quide interpretatione ſomni & de narratione requiſi-  
 tus. n̄ ſolum hoc reſpondit quod interrogatus ē. ſed ipſam ſom-  
 ni originem replicauit dicens; Tur̄x coepiſtq̄ cogitare Inſtra-  
 tutuo quid. eēt. futurū poſt hæc & paulo poſt. Tur̄x uidebas  
 & ecce q̄ ſi ſtatua una grandis & cōſera. Cuius uidelicet ſomni  
 mox ordinē dixit quicquid ex eodem uenturū ſequebatur ape-  
 ruit; penſemus ergo ordinem p̄ ph̄ſiæ. a cogitationibus uenit  
 ad ſomnium. a ſomnio p̄ uenit ad futura. qui ergo ipſam ut ta-  
 dicam radicem ſomni p̄tulit. p̄fecto ex præteritis probauit  
 quam uera. eēt. quæ de futuris diceret. proph̄ſiæ autē præſen-  
 tis temporis nec præteritiq̄ ad teſtatione Indiget nec futuri. quia  
 cum reſ ipſa que oſtenditur certitudinē ad teſtatur. Tur̄x Inquit  
 cogitare coepiſtq̄ Inſtratutuo quid. eēt. futurū poſt hæc. Pro  
 eo quod. ē. hæc ſol̄ ſeptuaginta dies nouiſſimos tranſtulerunt.  
 quod ſi ita legitur ſollicitus requiramus ubi dies nouiſſimi  
 ſcripta ſunt. & redarguimus eos qui mundū non putant peri-  
 turum. eēt. numquam dies appellantur nouiſſimi ſi mundus  
 eēt. æternus. quod que d̄r tur̄x cogitare coepiſtq̄. Indicat  
 cauſas ſomni quod idcirco illi d̄s futuro rū miſteria reuela-  
 uerit. quia ipſe rex ſe reuoluerit uentura. & ut nabucho  
 dono ſor̄ diuine Inſpirationis mir̄etur gratiā. non ſolum  
 quid In ſomnio uiderit. ſed ante ſomniū quid tactus cogita-

.H.

uerit exponit; ET QUI REVELAT MISERIA OSTENDIT TIBI QUAE  
 VENTURAS SUNT; Illud quod In euangelio legimus. qui solem suū  
 omni facit sup bonos & malos. & iam sup nabuchodonosor Intel  
 legimus. eē. conplēum. tanta enim clementia. ē. omnipotentis  
 dī. ut & iam nabuchodonosor dispensationis suae quam mundum  
 regit misteria reuelauerit. Interrogemus eos qui diuersas ad se  
 rant. eē. naturas. cuius naturae nabuchodonosor Intellegant  
 bonae animalis. si bonae cur Impius dicitur. si maleae cur  
 malo atque terreno id. ē. cōnico. sua dī sacramenta monstra  
 uerit; MIHI QUOQUE NON IN SAPIENTIA QUAE EST IN ME PLUS  
 QUAM IN CUNCTIS UIVENTIBUS SACRAMENTŪ HOC REVELATUM  
 EST. SED UT INTERPRĒTATIO RECI MANIFESTA FLERET; Putaue  
 rat rex notitiam futurorū solertia mentis humanae posse conpre  
 hendi. & ideo sapientes babilonis Interfici lusserat. ergo daniel & eos  
 excusat qui dicere non potuerunt. & ipse Inuidiam fugit nequis aesti  
 mō & eum quae dicitur. ē. propria dixisse sapientia. causa autē reue  
 lationis pphēcie regis. ē. desideriu qui uoluit uentura cognoscere.  
 ergo honorat quando propter illius scientiā sibi dicit ad dō misteria  
 reuelata. & hoc considerandū. quod somnia In quibus aliqua  
 uentura significantur. & quasi p nubilū ueritatis demonstrantur.  
 non pateant coniectoribus humanae mentis arbitrio. sed dī solius  
 scientiae; **T**U REX UIDEBAS ET ECCE QUAS I STATUA UNACRAN DIS.  
 STATUA ILLA MACNA. ET STATURA SUBLIMIS TABAT CONTRATE.  
 ET INTUITUS EINS TERRIBILIS ERAT. HUIUS STATURAE CAPUT EX AURO  
 OBILMO ERAT. PECTUS AUTEM ET BRACHIA DE ARCENTO. PORRO VEN  
 TER ET FEMORA EX AERE. TIBIA AUTEM FERREAE. PEDUM QUAE DAM  
 PARS ERAT FERREA. QUAE DAM FICTILIS. UIDEBAS DONEC ISTA ABSISUS

V

26.

EST LAPIDIS IN MANIBUS ET PERCUSSIT STATUAM IN PEDIBUS SUIS  
FERREIS ET FICTILIBUS ET COMMINUIT EOS. TUNC CONTRITASUNT  
PARITER FERRUM TESTA AER ARGENTUM ET AURUM. ET REDUCTA  
QUASI IN FAUILLAM EST TUM AERE RAPTA SUNT VENTO. NULLUS  
QUE LOCUS INVENTUS EST EIS. LAPIDIS AUTEM QUI PERCUSSERAT  
STATUAM FACTUS EST MONS MAGNUS ET INPLEUIT UNIUERSAM  
TERRAM. ET RETQ; PRO STATUA. id. e. ANAPIAN. quod solus in  
ptatus. e. simmachus. ceteri imagine transfulerunt. uolentes  
hoc nomine similitudine ostendere futurorum. sequamur in  
terpatione ppheticam. & danielis uerba calcantes. que ab  
illo breuiter dicta sunt Latius exponamus; Caput inquit aureum.  
tues rex per quod ostendit regnum primu babiloniu. auro  
preuiofissimo comparatum. & postea consurgit regnu aliud  
minus te. medorum uidelicet atque persarum. quod argenti  
habet similitudine. minus priori & maius sequente. & regnu  
tertium aliud aeneum. quod imperabat uniuersa teyca.  
alexandrum significat & regnu macedonum. successorum que  
alexandri quod recte aeneum dr; Inter omnia enim metalla. aes  
uocalius. e. & retinuit darius. & fontis eius longelateque dif  
funditur. ut non solum famam & potentia regni. sed eloquentia  
greci sermonis ostenderet; regnum autem quartum. quod p  
spicue patet ad romanos. ferrum. e. quod comminuit & do  
mat omnia. sed pedes eius & digiti. ex parte ferrei ex parte fictiles  
sunt. quod hoc tempore manifestissime conprobatur; sicut  
enim in principio. nihil romano imperio fortius & durius  
fuit. ita in fineretur. nihil imbecillius quando in bellis. ciui  
libus & aduersum diuersas nationes. aliaru gentiu barbararu

Indigemus auxilio. In fine autē regnōrū horū omniū. auri & ar  
 genti aeris & ferri. absusus. ē. Lapis dñs atque saluator. sine  
 manibus. id. ē. sine coitu & humano semine de uirginali  
 & contritis omnibus regnis. factus. ē. mons magnus & Imple  
 uit uniuersam terram. quod iudei & Impius porphirius. male  
 referunt ad populū isrl̄ quem In fine seculorū uolunt esse  
 fortissimū. & omnia regna contere & regnare In aeternū.  
 Multorum relatione comptum. ē. In p̄ra uel lapide xp̄m  
 .ēē. significatum cum p̄ph̄a daniel lapidē hunc dicit qui  
 absusus a monte sine manibus percussit & comminuit omnia  
 regna. & repleuit omnē terram quod euidenter de xp̄o dictum  
 ē. & In lege p̄ra de qua fluxerunt aquae. xp̄s. ē. appellatus.  
 p̄ra autē Inquit erat xp̄s. & p̄rus apostolus Inter cetera ad  
 Iudeos ait. hic. ē. Lapis qui reprobatus. ē. a uobis edificantib;  
 offensio ergo posita In sion xp̄s. ē. sion uero altitudo. ē. siue ciui  
 tas ipsa hierusalem. quae propter noticiā dī. n̄ In merito ex cel  
 sa dicit. ē. In qua saluator a dō patre suo positus predicator.  
 offensio factus. ē. Iudeis. dum se filium dī predicat. natus de  
 sp̄sco ex muliere. p̄ corpus autē eius scandalū passusunt & di  
 cebant nonnemater & fr̄s eius apud nos sunt. quomodo ergo  
 hic dicit. quia de celo descendit. nolabant enī uerba gestis con  
 parare ut p̄ In de agnoscerent n̄ absurdū. ēē. quod dicebat.  
 de celo se descendisse q̄si corpus operari & cur. & non dī latens  
 operibus. tamen se pro dens In corpore; p̄ra ergo haec scan  
 dalum. ē. Iudeis & offensio; quae p̄ra sine dubio corpus Intel  
 legitur saluatoris. haec & cussa sine manibus. propter ea quia  
 sine uiro de sp̄sco facta de uirgine. ē. D̄S. MAC. NUS. OSTIEN. DIT.

.l.m.

NECIQUAE FUTURASUNT POSTEA; Rursum reuelationē somnij  
 non suidicit meriti. sed ut inter prælatio regim manifesta fieret  
 & doceret regem quod dñs solus. eēt. colendus; TUNC REX NA  
 BUCHODO NOSOR CECIDIT IN FACIEM SUAM ET DANIELEM ADORA  
 VIT. ET HOSTIAS PRAECEPIT ET INCENSUITSACRIFICARENT EL.  
 Hunc locum calumniatur porphirius. quod num quam sup  
 bissimus rex captiuum adorauerit. qñ non & licaones ob sig  
 norū magnitudinē. paulo & barnabæ uoluerint hostias  
 immolare. Error ergo gentilium qui omne quod sup se est  
 deos putant. scripturæ n̄ debet & In putari quæ simpliciter  
 refert uniuersa que gesta sunt. sed hoc possumus dicere. qd  
 causas adorandi & immolatarū hostiarū. & Incensi atque  
 sacrificij ipse rex posuerit dicens addaniel; VERE DŌ VŌ DŌ DE  
 ORUM EST. ET DŌS RECUM. ET REVELANS MISTERIA QUŌ POTUISTI  
 APERIRE SACRAMENTŪ HOC; Ergo non tam danielem quam in  
 daniele adorat dñm. qui misteria reuelauit. quod alexan  
 drum magnum regem macedonū. In pontifice lolade legimus  
 fecisse. quod si displice hoc dicendū ē. nabuchodonosor signo  
 rum magnitudine & stupore confusus. quid faceret ignoras  
 se. ut qui dñm uerum intellegebat & dñm regum seruum eius  
 adoraret & illy adoleret & incensum; TUNC REX DANIELEM IN  
 SUBLIME EXIOLLIT. ET MUNERA MACNA ET MULTA DEDIT EL. ET  
 CONSTITUIT EUM PRINCIPEM SUPER OMNES PROVINCIAS BABILO  
 NIS. ET PRAEFECTUM MACISTRATUM. SUPER CUNCIOSSAPIENTES  
 BABILONIS; Et in hoc calumniator ecclesie propheta repre  
 hendere nititur. quare n̄ recusauerit munera. & honorem  
 babilonium libenter suscepit. non considerans ideo regem

uidisse somniū & Interpretationis misteria p̄ puerū reuelata.  
 ut daniel cresceret & In loco captiuitatis princeps omnium  
 fieret caldeorū. & di omnipotentia nosceretur. quod quidem  
 & ioseph apud pharaonē & aegyptū factum legimus. & mardo  
 cheo apud assuerum ut In utraque gente haberent captiui.  
 & peregrinantes ex iudeis solacia uidentes hominē gentis suae  
 aegyptiorū. eē. principē uel caldeorū. DANIEL AUTEM POS  
 TULAUIT ARECE. ET CONSTITUIT SUPER OPERA PROUINCIAE BA  
 BILONIS. SEDRAC. MISAC. ABDENAGO. Non obliuiscitur eorū.  
 cum quibus dñm deprecatus. ē. & qui secū periclitati fuerunt  
 itaque facite eos iudices prouinciarū. ipse autē a regis latere  
 non recedit. **VI.** **ANNONONODECIMO** NABUCHODONOSOR REX FECIT  
 STATUAM AUREAM. ALTIUDINE CUBITORUM SEXAGINTA LATITU  
 DINE CUBITORUM SEX. Uelox obliuio ueritatis et quid dudū seruū  
 di quā sūm adorauerat. nunc statuam sibi fieri lubeat ut ipse  
 adoraretur In statua. quod autē aurea sit & In finitq̄ ponderis.  
 illud In causa. ē. ut stuporē uidentibus crearet. & res Inanis  
 adoraretur ut dī. ut dum quisque suam sacraret & auaritiā.  
 daturque po occasiōē captiuorū. barbaris. nationibus salu  
 tis occasio. ut qui primū p̄ danielis reuelatiōē potentiam  
 cognouerant. unius di In trium quoq; puerorū fortitudine  
 discant mortem debere contemni. & idola non colere. **ET STA  
 TUIT EAM IN CAMPO DURAM PROUINCIAE BABILONIS.** Pro dura  
 theodotion deira. simmacus durauim. lxx autē. **ΗΡΙΒΛΟΝ**. trans  
 tulerunt. quod nos uarium uel conclusum locum dicere possu  
 mus; **MISIT AD CONCRECAN DOSSATRA PASMACHISTRATVS. ET  
 IUDICES ET TIRANNOS ET PRAEFECTOS. OMNES QUE PRINCIPES**

REGIONUM. Ex celsa periculo sius stant. & citius conruunt que  
 sublimia sunt principes congregantur ad adorandum statuam.  
 ut principes seducantur & gentes. qui enim diuites sunt & po-  
 tentes. dum timent carere diuitias & potentiam. facilius sup-  
 plantantur. seductis autem magistratibus. subditi populi ma-  
 iorum & em plopereunt; **EI PRECO CLAMABAT VALENTER**  
**VOBIS DICTUR POPULIS ET LINGUIS. IN QUA HORA AUDIERITIS**  
**SONITUM TUBAE FIS TULAE ET CITHARAE ET SAMBUCAE ET PSALTE**  
**RIL. ET SIMPHONIAE ET UNIUIERSI GENERIS MUSICORUM. CADEN**  
**TES ADORANTE IMAGINEM AUREAM QUAM STATUIT NABUCHO**  
**DONOSOR REX. SI QUIS NON CECIDERIT ET ADORAUERIT. EADEM**  
**HORA MITTETUR IN FORNACEM IGNIS ARDENTEM;** Non quo  
 omnes populi uniuersarum nationum in campum duram pote-  
 rant congregari. & adorare statuam auream. sed quo in prin-  
 cipibus multarum gentium omnes gentes & populi adorasse  
 creduntur; omnem scripturam sanctam mente percurrens. nisi tamen  
 me fallit obliuio numquam reperio quod sanctorum quisquam dominum  
 cadens adorauerit; sed quicumque idola & demones & res  
 illicitas adorauerit. cadens deus adorare ut in presenti loco  
 non semel sed crebrius; & in euangelio diabolus loquitur ad  
 dominum. haec omnia dabo tibi si cadens adoraueris me; sed & hoc  
 dicendum omnes hereticos. qui fulgore eloquentiae secula-  
 ris. falsum dogma componunt auream statuam facere. &  
 quantum in se est. persuasione compellere. ut cadentes adorent  
 idolum falsitatis. **STATIM UT AUDIERANT OMNES POPULI SONI**  
**TUM TUBAE. PHISTULAE ET CITHARAE. ET RETQ;** Eodem sensu  
 accipiendum quo supra. ut omnes populos intellegamus

3j.

In principibus neque enim ad eē. uniuersae simul poterant  
 nationes; STATIMQUE ET IN IP SO TEM PORE ACCEDENTES  
 VIRI CŪL DEI ACCUSSAVERUNT IN DEOS. ET RETQ. Quos prae  
 positos In babilone regis operibus Inuidebant & offende  
 bantur. peregrino cultu & auersione idolorū nancti occasi  
 onē criminabantur apud regem. denique sequitur. SUNT VIRI  
 IUDÆI QUOS PRAEPOSITOS CONSTITUISTI SUPER OPERA REGIONIS  
 BABILONIAE. SED RAC. MISAC. AB DENACO QUI CONTEMPSERUNT  
 DECRETUM Tuum. Et quodam modo sic loquuntur quos prae  
 liti nobis & captiuos ac seruos principes. eē. fecisti. hiel atq  
 In superbiam tua praecpta contemnunt; DEOS TUOS NON COLUNT.  
 ET STATUAM AUREAM QUAM EREXISTI NON ADORANT; Quod  
 In principio huius diximus uisionis hic manifestus ad proba  
 tur. alios eē. deos nabuchodonosor. & aliam statuā aureā.  
